




H S D

1 6 1



De. 84.





5

Partis Prioris
COLLEGII JURIDICI
Disputatio X.
DE
HEREDUM
QUALITATE ET DIF-
FERENTIA, INVENTARII CONFECTIO-
NE ET LEGATIS.

Quam

Mediante Jesu Benigno

In illustri Lipsiensium Academia,

Consensu & approbatione laudatissime Facul-
tatis Juridicæ, Magnifici Dn. Ordinarij, Senioris & re-
liquorum Doctorum & Assessorum di-
gnissimorum.

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Consultissimi Viri

Dn. JACOBI BLÜMELII Lipsien-
sis, J. Vtriusq; Licentiati.

Examinandam proponit

ANDREAS Bernick Colonia-March.

Addiem I. Aprilis Horis Matutinis
& Pomeridianis.

LIPSIÆ, TYPIS LAMBERGIANIS
excudebat Johann Glück. ANNO 1618.

Magnifico, Nobilissimo, Clarissimo & Con-
sultissimo Viro

Dn. JOACHIMO Goldstein / J Cto

celeberrimo, Hereditario in Passens-
dorff / & Schtebelaw / rc. & ingenuæ ac liberæ Eccle-
siæ Cathedralis Martisburgensis, eiusdemq; diœ-
ceos Cancellario eminentissimo

ET

Clarissimo, Excellentissimo & Consultissimo Viro

Dn. MICHAELI BERGERO, J. V.

D. & Practico celeberrimo

N E C N O N

Prudentissimo atq; Spectatissimo Viro

Dn. JOHANNI Rothaupt / Ædili

ac civi Lipsiensi meritissimo

itidem

Eximio atq; peritissimo Viro

Dn. JOHANNI BERGERO, aulæ Electorali
Brandenburgicæ, quæ est Cüstrini, à secretis Camerae,

U T E T

Honoratissimo atq; expertissimo

Dn. ANTONIO Sommern / civi & Mercatori
Lipsiensi primario

Dnn. Promotoribus Fautoribus respectivè affinibus
& amicis suis observandis

hoc Legale Exercitium

O. d. & O.

A. Wernick R.

T H E M A I.

Heredes ^a vel sunt sui & necessarij ^b, vel necessarij ^c, vel etiam voluntarij. ^a

^a Quae vox simplici E. rectius scribitur, prout in Pandectis Florentinis, (quarum maxima auctoritas. Sunt enim ea opinione omnium supra ceteras, quippe à quibus omnes aliae manarunt Anton, August. lib. 1. Emendat. cap. 1. Ant. Cont. lib. 1. disp. Jur. Civil. cap. 6. Alb. Gentil. in disp. de lib. jur. Civ. cap. 2. pag. 20. Goedd. ad Rb. de V. S. n. 25. & 26.) videre licet, & Borchold. de grad. sub tit. unde hereditas ducatur, p. 145. testatur. Huc facit, quod in antiquis quoque inscriptionibus nunquam cum diphtongo hanc voculam se observasse ac perinde typographorum culpa erroneam scriptionem per Æ introductam esse gloriatur Bernb. VValth. lib. 1. miscell. cap. 31. Diss. Isidorus lib. 9. Etymol. c. 5. Hott. 1. amicab. respons. c. 6. & Goedd. ad l. 24. n. 3. & l. 119. in fin. de V. S. Sic HEREDITAS ab hero seu Domino originem habet Cassiod. in Ps. 2. 15. & 77. Petr. Fab. ad l. 19. de R. I. Eo ipso enim, quo heres est, Dominus quoque efficitur. Unde & heredes antiquis Domini vocabantur §. fin. Inst. de hered. qual. & diff. Pomp. Festus. lib. 8. de V. S. l. 1. §. 2. ff. de ventre in possess. mittendo, & vice versa Domini pro heredibus l. qui 22. ff. de statu lib. d. l. 1. §. 2. ff. d. l. Fab. 4. conject. c. 4. circa fin. ^b ut liberi in familia & potestate defuncti existentes, & primum liberorum gradum tempore mortis obtinentes §. sui Inst. b. t. l. scripto 7. ff. si tab. test. & c. Don. 7. comment. 2. ^c ut servi à domino heredes scripti l. 1. C. de necess. serv. ^d puta Extitanei §. ceteri Inst. d. t. quibus vel hereditatem adquirere vel repudiare licet Don. 7. comm. 2. quod secus est in prioribus duobus: sui enim & necessarij ipso jure, cum sint secundum Dn. Mynsing. Domini Spei licet non rei, vel vivo patre, quodammodo Domini censeantur text. in l. in suis ff. de l. & post. heredes efficiuntur, ut & necessarij l. necessariis 57. ff. de adq. hered. qui

adire hereditatem, quod propter abstinendi beneficium in suis aliis
ser cautum l. nam 89. ibi prator permittendo his, qui in potestate
fuerunt, se paterna hereditate abstinere ff. de leg. 1. coguntur d. l.
necess. 57. d. t.

II.

Duæ prima fronte hic sese offerunt quæstiones diffici-
les (1) Num Suiatatem extinguat exheredatio? (2) An
substitutio Vulgaris Jus Suiatatis tollat? Utramq; negabi-
mus.

^a Et si enim magni nominis Jcti hoc, moti l. si quis posthu-
mos 9. §. 2. ff. de lib. & post. in qua Jus Exheredati dicitur abscis-
sum, l. 1. §. 5. ff. de conj. cum Emancip. ubi filius exheredatus pro
mortuo habetur, l. 1. §. pen. ff. de suis & leg. in qua sui heredes ex-
presse ab Exheredatis distinguantur. l. filium 20. pr. §. 1. contra
Fab. ibi Sui dicantur, si exheredatio nullius momenti sit. (5) &
nepos institutus exheredatum patrem filium f. facit demum he-
redem l. 6. §. interdum ff. de adquir. hered. & similibus, statuunt:
Tamen cum exheredato tutor detur. l. 4. pr. l. 10. §. 2. in fin. de Test.
tut. nec confirmatio propterea necessaria sit l. 26. in fin. d. t. (2) isq;
qui potestati defuncti subicitur, & primum gradum liberorum
obtinere d. §. sui 2 Inst. d. t. & Ulp. tit. 22. §. 13. teste, suus dicatur.
(3) Tum quod nepos exheredati filij f. quia pater eum precedit l. si
quis posthumos. 9. §. 2. ff. de lib. & post. non rumpat testamentum,
l. si quis filio 6. pr. ff. de ini. rupto. irrito, sequitur quod Suiatatem
non extinguat exheredatio. Nec alieni à nostra sententia Ant.
Fab. 9. conject. ult. Treutl. 2. disp. 12. tb. 2. Val. Forst. 2. de success.
ab. intest. n. 40. V. G. Forst. Inst. disp. 13. tb. 30. Nec quicquam nos
ea, qua proferri solent, movere debent, prout in Conflictu demon-
strabimus. ^b Ratio Quia provisio testatoris heredem sibi eligere
volentis, in sui ipsius & filij ad cuius commoditatem semper eum
respexisse verisimile est, incommodum quod sane haut minimum
esset, referri non debet argumento l. un. C. de cad. toll. Nec enim
creden-

credendum est, quemquã genus testandi, quod suam aut filij com-
moditatem impugnaret, eligere voluisse, Consequenter hac ver-
ba si heres nõ erit exaudienda sunt, si heres non erat, quibus modis
evenire potest, ne sit heres Don. 6. comm. 24 Et sic Jus suitatis sub-
stitutione vulgari toll. nõquit. Gerb. quest. 1. dec. 9. Huc facit, quod
& verba & mentem testatoris hic consideremus l. in conditioni-
bus ff. de condit. & dem. quæ ex l. potest quis 36. ff. de V. S. limitae-
tionem recipit. Non enim RECTE concluditur: Necessitas adeundi
sollitur, Ergo & ipsa suitas. Etenim quod filius patri heres ipso
jure existat, non ideo fit, quod sit suus, sed quod sit NECESSARIUS.
Vid. Anton. Fab. de error pragm. decad. 31. Error. 8. Coras. 1. mis-
cell. jur. 2. Gayl. 2. pract. obs. 131. n. 6. Dissentit. Facbis. 4. con-
trov. 71.

III.

Cum autem in acquirenda vel omittenda hereditate
consensu opus sit. Inde in disceptationem venit. Num
solo animo & ab omni facto separato hereditas adeatur?
Negabimus, ^a nisi is vel re ipsa, vel verbis declaretur. ^b

^a L. mutum 5. ff. de adq. hered. l. potuit 5. C. de jure de lib.
Menoch. lib. 4. presunt. 99. n. 6. Diss. Politus in tr. de substit. in tit.
de compend. n. 42. ^b §. fin. vers. pro herede Inst. d. t. Goedd. ad l.
delata 151. n. 1. de V. S. Vaud. 2. var. quest. 25. Hinc si heres delibera-
tè Volo hereditatem adire, dixerit, adita censetur l. gerit pro be-
rede 80. ff. b. t. l. si avia 6. C. de jure delib. verbis ex sola animi de-
stinatione, l. illud 77. ff. de acquir. hered. Ratio quia aditio here-
ditatis sola voluntate expeditur text. in §. ult. ibi potest aut pro
herede gerendo, aut etiam nuda voluntate heres fieri Inst. l. 4.
(2) Quia si quis dicat volo heres esse, eo ipso est text. in l. jam
dubitari ff. de acquir. hered. eodem igitur modo de aditione here-
ditatis dicendum erit. Diss. Mantica de conject. ult. volunt. lib.
22. c. 11. Et Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 41. n. 5. Secus si heres
cedat jura hereditaria, protestans se non animo adeundi hoc face-

re, quia protestatio conservat jus protestantis text. in l. si debitor
§. si in venditione ubi Br. & Dynus ff. quib. mod. pig. & quo ani-
mo quid fiat, declarat. text. in l. qui aliena §. Celsus ff. de adquir.
hered. Mascard. vol. 3. conclus. 1173. n. 36. proinde pro non adita ha-
bebitur, cum ea ex animo pendeat l. sed et si §. pleriq. ff. de relig.
text. in l. pro herede ibi & ideo solent testari liberi ff. de adq. her.
red. Fachin. 6. cont. 55. Diss. Socin. jun. cons. 170. lib. 2. vel heres
eam non sibi expedire significaverit Fach. 6. lib. cont. 60. Diss. Man-
tica de conject. ult. vol. lib. 12.

IV.

Haut injucundę hic moveri solent quęstiones. Num
filius familias patre in furore constituto delatā heredita-
tem acquirere possit? A^a Num Tutor, qui non gerit tute-
lam, pupillo hereditatem adeunti autor esse possit? A^b Et
num per procuratorem hereditas adiri possit? Neg.^c

^a Et si enim jussus patris precedere debeat Bronch. 3. ass. 41.
Tamen commodum ex testamento non sibi, sed patri acquirit l.
Antistius 62. ff. b. t. l. patre ff. de bis qui sui. l. fin. §. quari ver-
bis tamen non ante acquireretur. ff. quis ordo in poss. b text. in
l. pupillum 49. ff. de adq. hered. Bronch. cent. 3. Enant. ass. 43.
secus est in Minore, qui absq. consensu curatoris sui hereditatem
adire potest text. in l. puberes 101. ff. de V. O Ratio quia curatoris
officium non est, ut minori adeunti consensum accommodet l. cum
in una §. ult. ff. de appell. (2) Quia minor recte sine eius consensu
nuptias contrahit, & sponsalia celebrat l. sciendum ff. de R. N. (3)
Quia sine curatore suo recte jurat l. nam postquam ff. de jurei.
Aut b. sacram. pub. C. si adversus vend. Diss. Goedd. ad l. princeps
n. 6. de V. S. & Dd. in d. l. puberes Communiter. c text. in l. per
procuratorem 90. ff. b. t. l. 1. §. ult. ff. de off. procur. Caesar. Ra-
tio. Quia hoc specialiter procuratori Caesaris indultum est, ideoq.
ad alios extendi non poterit; (2) quia hereditatis aditio in nuda
heredis voluntate consistit, qui eo ipso dum mandat procuratori
heres

heres fieri censetur l. si 26. ff. b. t. (3) Quia vulgaris lectio habet
per procuratorem, quod in vetustis Digestorum membranis le-
gitur teste Contio 2. succ. 17. Dn. Arum, in παρρησιῶν disp. Instit.
7. Diss. duar. 2. disp. 27. Facin. 6. conrov. 96. Et P. Faber. 2. se-
mestr. 22.

V.

Utrum autem qui metu coactus, si hereditatem ade-
at, heres fiat? Valde inter Dd, controversatur, Negantibus
subscribimus, a iterum accerrimè disputatur; Num heres
sub conditione institutus, hereditatem adire vel repudia-
re possit? Et hic negantibus accedimus b ut nec dum si con-
ditionem sub qua institutus est, extitisse ignorat. c

a Text. in l. 6. §. Celsus ff. de adq. her. Ratio quia in aditio-
ne hereditatis libera & spontanea requiritur voluntas, proinde
coactio hoc casu nihil operatur d. l. 6. Nec quicquam l. mulier 21.
§. pen. ff. quod metus causa, & c. l. si metus 86. ff. de adq. he-
red. & l. si à patre 22. ff. de ritu Nupt. in contrarium faciunt,
prout, Pet. Fab. ad l. 4. ff. de R. l. Et Schneid. ad tit. de nupt.
part. 2. n. 28. nec non Duar. ad eundem tit. c. 2. declarant, vide &
Bronchorf. Cent. 3. ass. 40. b Delata enim hereditas dicitur, quæ
adeundo acquiri potest l. delata ubi Goedd. n. 1. & 3. ff. de V. S.
Atqui conditionis existentia, ea enim nihil aliud est, quam futu-
rus eventus, in quem dispositio suspenditur Br. & Socin. Senior
in Rb. de condit. & demonst. Mantica de conjeçt. ult. vol. lib. 10.
n. 5. Arum. lib. 2. decis. decis. 2. n. 2. obstat, proinde ea fieri non pote-
rit, l. si ita 21. §. sub conditione 32. ff. b. t. Bronob. 3. ass. 38. c l. is qui
heres 13. & l. heres 32. ff. b. t. l. multum 21. ff. de condit. & dem.
Bronch. 3. ass. 39.

VI.

Aliæ excussione dignæ iterum emergunt controversæ
quæstiones. Utrū filius omiſſa hereditate legitimā servare,
a (2) Et

^a (2) Et feudum eadem repudiata retinere possit? ^b utramq;
negamus.

^a Ratio: Quia feudum est pars & portio hereditatis Hart.
Pist. quest. 1. & seq. lib. 2. Hereditas autem pro parte acquir. ne-
quit. (2) Quia hac est recepta interpretum opinio Dd. ad J. heres
instituta C. de Impub. substit. Jas. ad l. filius f. §. divi in secunda
lectione n. 18. de leg. 1. cui tanquam Carocio Bononi: nisi inherendum
cum firmissimis juris rationibus nitatur Col. part. 1. c. 6. n. 91.
proinde eandem defendendam non injuria contra Vaud. 1. quest.
52. suscipimus. ^b argumento Rb. & text. an agnatus vel filius
(defuncti) possit retinere feudum repudiata hereditate.

VII.

Majoris concertationis est; Num una re apprehensa,
totius hereditatis possessio acquisita censeatur? ^a (2) Num
ea sine corporali apprehensione in suum heredem conti-
nuetur? Et hic utramq; negabimus. ^b

^a Quamvis enim heres per aditionem omnia sua faciat l. 1.
§. Scavola ff. si quis test. lib. Tamen apprehensione cum ea pro parte
re adiri nequeat l. jus nostrum 7. ff. de R. J. omnium rerum opus
est VVesenb. in π. de adq. her. n. 6. ^b text. in l. cum heredes ff. de
adq. poss. l. fin. C. de Edict. D. Adriani toll. Ratio. Quia in heredem
transfunditur, quod est hereditatis l. omnia ff. de R. J. Possessio au-
tem cum defuncto desinit l. in summa §. fin. ff. de re jud. proinde
in filium, quia facti est, continuari nequit l. 3. ff. de adq. poss. l. de-
niq; ff. ex quib. caus. maj. (2) Quia quod natura nequit, ius civile
quod naturam imitatur tentare non solet. Atqui natura possessio,
qua in acquirendo plus facti quam juris habet d. l. deniq; ff. ex
quibus causis maj. non transfunditur, consequenter in filium con-
tinuari nequit (3) ut taceam quod argumentum à dominio ad pos-
sessionem quoad modum acquirendi retinendi, transmittendi,
omittendi sit, sit planè infirmum propter text. l. 1. §. Scavola 15. ibi:
Quod heredis non sit possessio antequam possideatur ff. si quis te-
stam. liber esse iussus, &c. expressum Diss. Coras. 6. miscell. c. 12.

Ne

VIII.

Ne tamen heredes temerè lucrosam hereditatem amittant, vel damnosam agnoscant beneficiis deliberandi^a, & inventarij conficiendi^b eis succurritur,

^a Text. in l. ult. C. de jure deliberandi, ubi annum eis spatium conceditur l. cum 19. C. Eod. ^b ideo dictum, quod in eo descriptæ res inveniuntur & quodammodo tangantur & cernantur gl. in l. Tutor qui repertorium ff. de admin. tut; fuit q̄, trecentis annis, & plus post Ulpianum ab Imperatore Justiniano introductum. (1) propter favorem publicum, quoniam Reip. interest, ultima eologia sortiri effectum l. vel negare ff. quemd. testm. aper. & ut res sua unicuiq̄, conservetur §. fin. inst. de his qui sui, & c. (2) testatorum, & ultima condentium eologia: Lex enim mirum in modum favet testatoribus, ut cum sciant se morituros saltem hoc habeant solatium, diligendi eos heredes quos prædilexerint l. 1. C. de SS. Eccles. (3) legatariorum & fidei commissariorum, cum ex defuncti elogio liberalitatem meruerint, ab herede minimè fraudandi sunt. (4) Creditorum hereditariorum §. fin. Inst. quib. mod. contrab. oblig. & (5) deniq̄, heredum text. in l. fin. C. de jure delib. ubi Justinianus ait, quod heredes hoc speciali beneficio inventarij judicare velit; ut ab omni damno rerum suarum liberetur d. §. si præfatam. Defendunt hanc opinionem Jacob. de aret. & Cynus in d. §. si præfatam Tiraquell. le mort. saisit 12. declar. 2. part. Sebast. Monticul. in tract. de Invent. cap. 5. pag. 38.

IX.

Cum autem Inventarium sit publica scriptura, in qua sub præsentia legitimarum personarum res singulæ defuncti, mortis tempore existentes describuntur, Maxima controversia oritur. Num tempus conficiendi Inventarij ex die delatæ, an acquisitæ hereditatis currere incipiat? priori subscribimus.

Motil. ult. ibi ut intra 30. dies post apertas tabulas, vel
B
postquam

postquam delatam sibi ab intestato hereditatem cognoverit numerandos exordium capiat inventarium C. d. t. Ex quibus verbis apparet, tempus inventarij conficiendi exordium sumere ex die, quo aperte sunt tabulae testamenti, delatamq; sibi hereditatem heres cognovit Fach. 4. Cont. 35. qui contraria refutat.

X.

Utrum vero Signum Crucis de necessitate præponendum (1)^a & invocatio nominis Divini præscribenda sit? disquisitionis est haut inegantis? ^b Negantibus accedimus.

^a Et si enim certa solennitates ad inventarium, ut Mynsing. ad S. nostram n. 4. 5. 7. 8. 9. & 10. declarat, sint necessaria: Tamen omissione eius non vitatur Port. tr. de Invent. c. 2. ^b Non enim est solennitas necessaria l. quoties ff. de V. O. l. curet ff. de testibus (2) Quia nulla lex nominis divini præfationem ad Instrumenti substantiam requirit: Atqui plures solennitates præter actas requirere est inconveniens. E (3) Quia levis solennitas non vitat a. Etum l. 1. S. fin. ff. de ventre inspiciendo. At hac levis est solennitas, quia potius superstitione inducti, hanc solennitatem olim adhibebant, quam colendi nominis divini gratia, que causa etiam fuit, ut signum crucis necessario præponendum putarint ex l. 22. S. 2. C. de jure delib. nisi consuetudine aliud introductum sit, ut patet ex const. de pub. Not. S. Nach dem / Colonia à Maximiliano promulgata.

XI.

Effectus Inventarij confecti sunt quamplures (1) Heres enim ultra vires hereditatis legatariis & creditoribus satisfacere non cogitur ^a (2) Retinet Falcidiam de singulis legatis ^b (3) si solvit quod est in bonis ipso jure liberatur ^c & alij. ^d

^a l. ult. C. d. t. Ratio: Quia inventarium conservat heredem sine damno (2) & secernit bona (3) item facit censeri heredem non addivisse d. l. fin. S. si præfatam d. t. Nov. 1. cap. 2^c d. l. fin. ^d puta quod

quod possit vel res vel pretium solvere, (2) actio heredis contra defunctum non confundatur, (3) Onus probandi in dicentem res esse esse plures retorquet d. l. §. Licentia, praesumitur enim pro Inventario cum habeat fidem publicam Judicis & Tabellionis l. si quis ubi Bl. ad l. Cornel. de falsis. (4) omnia commoda juris deliberandi cōsequatur §. hac quidem & §. fin. a. d. t. (5) quod superatus in possessorio, ac etiam in petitorio, non patiatur juramentum in litem i. e. restituendo descriptas in Inventario illi qui potiora succedendi debere fuit indicatus, confestim est liberatus. (6) interim non cogatur adire nec repudiare Dd. in l. quam diu ff. de acq. hered. Inventarium enim est loco juris deliberandi §. donec d. leg. & similes quos Monticulus cap. 9. prolixè declarat.

XII.

Silentio prætereundæ non sunt difficiles sequentes quæstiones. (1) Num heres inventarij confectionem omit- tens, ultra vires hereditatis teneatur? ^a (2) An idem de Ec- clesia & Fisco dicendum sit? ^b utraq; Affir.

^a Si enim sponte sua adivit hereditatem, quasi contraxisse cum creditoribus censetur, obligaturq; irrevocabiliter l. 3. §. seq. ff. quibus ex causis in poss. l. 4. §. heres ff. de O. & A. (2) quia sic non tantum cum legatariis sed & defuncto dicitur contrahere, eiusq; voluntatem & actum plenissime sua aditione confirmavit gl. & Florianus in l. his consequenter §. ff. fam. herci(c. b argu- mento c. 1. tex. de N. o. N. & Nov. 1. de hered. & Falc. in qua statuit Imp. eam obtinere & in omni persona, sive privata, sive militari, sive sacerdotali, sive Imperiali, sive alterius cuiuslibet, & c. Jas. ad l. ult. §. ult. C. de jure delib. Rol. à Valle de confect. inven. 1. parl. §. 12. queritur Fach. 6. cont. c. 20. Diss. Br. in l. 1. n. 46. C. de SS. Eccles. & Anton. Peregrinus de jure fisci lib. 4. t. 1. n. 3. pag. (mibi) 373.

XIII.

Agitandę hęc quoq; erunt intricatę & nobiles sequen-
tes quęstiones (1) Num in pręjudicium legatariorum & fi-
deicommissariorum confectio inventarij a testatore re-
mitti? ^a (2) An quis ob eius omissionem Trebellianica
quarta privari possit? ^b Et (3) an legitimam filius non con-
fecto Inventario perdat? ^c A.

^a Quia delinquendi occasionem non prębet, quippe testator de
heredis integritate confisus, hanc sinistram tollit suspicionem. (2)
Quia favor testatoris, cuius interest ne publicatione rerum fa-
miliarium & paupertaris detegatur vilitas, & invidia exponan-
tur divitię. (3) Quia legata semel relicta contraria voluntate
expressa adimere potest l. 4. ff. de adim. leg. quidni & si ei personę
integritas nota sit, inventarium remittere? Facb. 6. cap. 25. b. d. l.
ult. §. sin. a. & §. si pręfatam C. d. t. Nov. 1. cap. 2. ibi Convocare
omnes legatarios & ibi: non retinebit Falcidiam, sed complebit.
legatarios & fideicom. licet pura substantia morientis transcendat
mensuram legatorũ datio. Si igitur debet complere fidei commiss-
sarios perdet Trebellianicam, hac enim ad fideicom. saltem, re-
fertur §. 5. & t. 1. Inst. de fideicom. hered. Auth. sed cum testator C.
ad l. Falcid. ibi quo non observato solida legata pręstet, & c. Imo
heres non faciens inventarium pręsumitur fur, & dolosus §. san-
cimus §. si v. non fecerit Auth. de hered. & Falcid. Vide Angel.
Matthea de leg. c. 14. ^c Ratio quia heres, qui non fecit inventariũ
ultra vires tenetur nec distinguitur, utrum sit suus vel alienus
l. ult. C. de jure delib. (2) Quia in §. Sancimus in vers. si vero non
fecerit in Auth. de hered. disertę hoc dicitur. E. Nec movet, quod
legitima tanquã es alienum debeatur Auth. novissima C. de Inoff.
test. Quia nihil aliud colligitur, quã quod sine causa auferri ne-
queat dis. Gail. 2. pract. obs. 138. n. 14. Facb. 4. contr. 34. quorũ
tamẽ opinio õmunis est. XIV.

Restat ut de legatis videamus. Est autem Legatum do-
natio quędã a defuncto relicta ab herede pręstanda^a. Hinc
olim

olim quatuor erant legatorum genera, b quæ tamen hodie non observantur, sed eorum natura fideicommissis particularibus novis Justiniani constitutionibus exæquata sunt, c

^a Pr. Inst. de leg. l. 36. ff. de l. l. l. 1. 6. ff. de leg. 1. Recte dicitur à defuncto. Quavis enim ab herede præstetur: Tamē potius à defuncto, qui est prima & præcipua, ac verissima legati causa, præstatur. b sc. per vindicationem, damnationem, sinendi modo, & per præceptionem de quibus Ulp. in frag. tit. 24. de leg. & Paul. 3. sent. c. 6. Cajus lib. 2. tit. 5. Inst. b. c text. in l. 1. & 2. C. Com. de leg. Hujus igitur æquiparationis mentio in l. 1. ff. de leg. 1. & in §. sed non usq. Inst. b. l. unde apparet, quod legata cum fideicommissis per omnia unius potestatis & natura sunt effecta, ita, ut quod dea est legatis hoc repleatur ex natura fideicommissorum, & si quid amplius inest legatis, per hoc crescat fideicommissariorum natura Fab, 6. conject. 3. & Gomez. 1. var. resol. 12. Interim, quin etiam post Justiniani Constitutionem specifica differentia inter hæc salva remanserit, non negamus, prout l. 5. C. d. t. argumento t. t. de leg. & fideicom. patet, & Valth. 2. lib. miscell. c. 16. notavit.

XV.

Cum autem legata relinquere possint, quibus testamenti condendi jus est: ^a Et legata accipere, quibuscum testamenti factio passiva est. ^b Inde in disceptionem venit: Num incertis personis legari possit: A (2) Num Academiæ, Civitati legare liceat? A.

^a l. 2. ff. de leg. 1. l. 1. in fin. pr. ibi nec testari post de leg. 3. l. 6. §. 3. de iure Codicill. ulp. in frag. t. 25. §. 3. ^b §. 24. Inst. b. t. §. in extremis 4. verbis testamenti autem Inst. de hered. qual. l. si servo 101. §. 1. de leg. 1. ^c modo ea incertitudo ex eventu futuro declarari possit §. 25. inst. b. t. l. quidam Relegatus 5. ff. de rebus dubiis. vel favor pia causa considerandus sit l. id quod pauperibus 24. C. de Epis. & Clericis l. si quis 49. C. d. t. l. quidam quoties 11. l. si quis

14. de reb. dub. a l. civitatibus 119. l. si beres §. 1. l. si quid 14. de leg. 1. cum pater §. fin. de leg. 2. l. municip. ff. de condit. & demonst.

XVI.

Et non tantum uni, sed pluribus etiam eadem res legari potest; a Hinc quod si unus spernat legatum vel vivo testatore decedat, fit locus Juri accrescendi. b

a §. eadem Inst. b. t. b quod est jus quo pars vocans cedit parti occupata §. un. §. his ita C. de Cad. toll. quoties 1. §. interdum 3. l. idem Neratius 3. in pr. ff. de usufr. accresc. §. sed eadem Inst. b. Cui in omni conjunctione, sive reali, c. & c. ut primo fundum Sempronianum do lego, secundo fundum Sempronianum do lego text. in l. re conjuncti 89. ff. de leg. 1. Triplici 143. de V. S. l. un. par. ubi autem §. fin. v. non omnes C. de Cad. toll. par. sed si eadem Inst. d. b. t. sive verbali, ut primo & secundo ex equis partibus fundum Sejanum do lego l. 89. d. t. l. 16. in fin. de leg. sive mixta e. & c. primo & secundo fundum Titianum do lego d. l. un. par. bis ita C. de Cad. toll. l. conjunctim 80. l. 89. ibi prescriptum itaq. de leg. 3. d. l. 142. ubi Goedd.

XVII.

Res ceterum cum mobiles, a tum immobiles, b cum incorporeæ c, tum futuræ: d Non tamen res legatarij propriæ legari possunt, usq; adeo ut nec legatum, etsi ea vivo testatore alienata sit, convalescat. e

a Par. non solum Inst. d. t. b l. servis l. 2. ff. de leg. 1. l. Stichus 36. de usufr. leg. 1. l. 71. pag. fin. ff. de leg. 1. c. ut & corporea t. t. de suppell. l. & t. t. de auro & argento l. a modo actu vel potentia in rerum natura sint par. Ea 7. ibi si modo futura est Inst. b. l. sic & presentes l. beres 15. l. etiam 17. ff. de l. 3. Modo in commercio hominum sint, l. cum servus 38. ff. de leg. Dn. Arum. Ex. 9. Inst. t. b. 6. Hinc etiam res aliena legari potest tex. in §. non solum Inst. b. t. tex. in l. cum alienam 10. C. de leg. 1. apud Julianum par. ult. de l. 1. Arum. d. Ex. 9. t. b. 3. e l. cetera 41. par. 1. de leg. 1. l. Mevius 66. par. fundo do leg. 2. par. sed si item Inst. b. Ratio quia tempus testamenti conditi

conditi est inspiciendum, quo non valet s. in Extraneis Inst. de he-
red. qual. Dn. Arum. Ex. 9. tb. 5. Res tamen hostium legari posse
asserimus propter l. id quod apud hostes 9. ff. de leg. 1. l. servus ab
hostibus 98. ff. Eod. Arum. tb. 4. d. loco.

XVIII.

Hic D'd. digladiationes existunt ferè inextricabiles:
Num (1) feudum legari possit? quam negamus, a Unde (2)
istud frustra uni ex filiis prælegari posse cōsequitur b. Cum
nec eius æstimatio debetur. c

a Ratio: Quia nulla in feudo defuncti ordinatio habet locum
c. un. de success. feudi, proinde nullum producere potest effectum
Bl. in c. un. par. de onore qual. olim feud. Curt. p. 4. de feud. n. 125.
Son. 56. part. 12. de feud. n. 85. Fach. 5. cont. 87. b Propter d. c. un. u-
bi equalis asseritur filiorum successio Fach. 6. cont. 62. c Dd. in d. c.
un. & c. un. par. donare qual. olim feud. alien. pot.

XIX.

Quia verè Varius est modus legandi: Ideo legata in qua-
vis ultima voluntate a, item Epistola, b nutu, c dieiq; adje-
ctione d, pure e & submodo f relinqui possunt: Unde Effici-
tur, quod rectâ viâ à morte testatoris ipso jure dominium
in legatarium transeat. h

a Par. sed non usq; Inst. b. par. præterea Inst. de fideicom. hered. l.
quoniam 15. C. de testam. b l. 75. l. 22. e. de fideicom. c d. l. 22. a qua si
falsa fuerit non nocet legato l. 17 pr. l. 33. ff. de condit. & dem. c d.
l. 1. d. t. f l. 1. ff. de cond. & dem. g modo res non sit legata aliena, vel
quantitas, vel alternativa l. 6. ff. de furt. l. si mulier parag. si rem
verbis quod dominium nanciscitur statim de leg. 3. Dd. in l. 1. ff. de
leg. 1. h secus enim in possessione erit l. 5. C. de leg. pr. Inst. b. ibi ab
herede præstanda.

XX.

Unde pro Consequendo legato tres actiones a legata-
rio competunt: quæ tamen paratam ex testamento execu-
tionem non habent. b

a Perso-

^a Personilis (quæ cum hypothecaria in eodem libello cumulari potest argumento Nov. 4. c. 2. vers. contra) (2) Hypothecaria §. 2. Inst. b. t. l. si servus 108. §. cum bon. 2. de leg. d. l. 1. §. 2. C. d. t. Mysf. cent. 5. obs. 61. §. (3) Rei vindicatio l. C. de alien. Jud. causa facta l. 64. in fin. ff. de furt. §. nostra Inst. b. t. Dd. in l. 39. §. fructus h. t. ^b §. nostra autem Inst. b. t. l. 1. C. Com. de leg. l. fin. C. de Ed. Et. Divi Hadrian. toll. l. 7. ibi: Optimum est, ut si quas te putas petitiones habere actionibus experiaris ff. ad l. Iul. de privata. Ratio: Quia nemo sibi ipsi jus dicere debet. Defendunt hanc sententiam Fach. 5. cont. 31. Tess. decis. 26. n. 10. Menoch. de ad. p. sc. poss. rem. 4. n. 69. §. Diss. Mysf. 5. obs. 6. Colerus p. 3. de proces. execut. c. 3.

X XI.

Nunc quomodo legata desinant, Videndum erit. Et aut in firmatur, si testamentum infirmetur: vel deminuuntur ex lege Falcidia, ^b vel ipso jure expirant, ^c

^a Secundum Nov. 115. c. 3. in fin. §. c. 4. in fin. Auth. ex causa C. de lib. prateritis: ubi legata salva manent teste Ho. n. disp. 7. t. b. 15. cum ibi alleg. ^b qua heredi hereditate ultra dodrantem legatis onerata quartum detrabere licet l. cum filia 4. ff. de V. & P. Subst. ubi gl. 1. lex Falcidia 47. §. nunquam ff. ad l. Falcid. l. in 37. §. Ergo ff. Eod. c. puta si ea testator vel expresse vel tacite ademerit l. 32. §. 2. ff. de don. inter virum & ux. t. de adempt. leg. Nihil enim interest, si verbis sive facto voluntas alicuius declaretur text. in c. dilecti verbis cum plus sit facto provocare quam verbo text. de appellat. cum testatoris legi maxime comparetur c. disponat Nov. de Nupt. l. si ita fuerint ff. de manumiss. test. l. si quis legaverit Titio ff. de l. 1. proinde servanda, cum usq. ad vitam supremum exitum sit ambulatoria l. cum hic 32. §. poenitentia; ff. de don. inter Vir. & ux. text. in l. 4. ff. de adim. leg.

Q V A E R I T V R.

An inter verbis tantum conjunctos jus accrescendi locum habeat? A.

An jus accrescendi tantum in successione obtineat? A.

Num Verbis conjuncti re potiores sint? A.

F I N I S.

Kf 864a


ULB Halle 3
004 216 903



WMA ME







Partis Prioris
COLLEGII JURIDICI
Disputatio X.
DE
HEREDUM
QUALITATE ET DIFFERENTIA, INVENTARII CONFECTIO.
NE ET LEGATIS.

Quam
Mediante Jesu Benigno
In illustri Lipsiensium Academia,
Consensu & approbatione laudatissime Facul-
tatis Juridicæ, Magnifici Dn. Ordinarij, Senioris & re-
liquorum Doctorum & Assessorum di-
gnissimorum.

SUB PRÆSIDIO
Clarissimi & Consultissimi Viri
DN. JACOBI BLÜMELII Lipsien-
sis, J. Vtriusq; Licentiati.

Examinandam proponit
ANDREAS Wernick Colonia-March.
Addiem I. Aprilis Horis Matutinis
& Pomeridianis.

LIPSIÆ, TYPIS LAMBERGIANIS
excudebat Johann Glück. ANNO 1618.